

*Non sunt cogitationes meae cogitationes vestrae.*

Léctio libri Isaíae prophétæ

55, 6-9

- <sup>6</sup> **Q**uærite Dóminum, dum inveníri potest;  
invocáte eum, dum prope est.
- <sup>7</sup> Derelínquat ímpius viam suam,  
et vir iníquus cogitatiónes suas;  
et revertátur ad Dóminum, et miserébitur eius,  
et ad Deum nostrum,  
quóniam multus est ad ignoscéndum.
- <sup>8</sup> Non enim cogitatiónes meae cogitatiónes vestrae,  
neque viæ vestrae viæ meae, dicit Dóminus.
- <sup>9</sup> Quia sicut exaltántur cæli a terra,  
sic exaltátæ sunt viæ meae a viis vestris  
et cogitatiónes meae a cogitatiónebus vestris.

Verbum Dómini.